





7758. DE 1740 13
A E Q V I T A T E
T O R M E N T O R V M 15

P R A E S I D E

AVGVSTINO A LEYSER

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI
DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS
IVRIDICI ORDINARIO

PATRONO AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI VENERATIONIS CVLTV PROSEQVENDO

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM MAII ANNO c15 b CC XL

DISPV TABIT

CAROL. GOTTLOB STEPELL
IVR. CAND.



V I T E M B E R G A E


EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

DE
A. E. O. V. I. T. A. F. E.
T. O. R. M. E. N. T. O. R. U. M.

A. V. G. U. S. T. I. N. O. A. L. I. E. N. S. I.
C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S. I. N. T. E. R. I. O. R. U. M.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.
I. N. T. E. R. I. O. R. U. M. C. O. E. L. I. S. T. I. C. I. S.

S. A. R. G. E. S. O. L. I. T. U. S. T. A. M.
S. O. L. I. T. U. S. T. A. M. S. A. R. G. E. S.





I

Infinitus est auctorum, qui contra iustitiam tormentorum scripserunt, numerus,

II

Sed argumenta tamen ad abrogandam torturam non sufficiunt.

III

Tortura res fallax est et periculosa, perinde ut bellum;

IV

Sed tamen aliquando utiliter, aliquando necessario propter manifestam reipublicae salutem, ac, si periculum in mora est, sine longo iudicio et consilio prudentum adhibetur.



ncredibilis est multitudo militum, quos Xerxes apud IUSTINVM *lib. 2 historiarum cap. 10.* in Graecos armasse traditur, sed tamen adhuc infra numerum eorum, qui ab aliquot retro saeculis iustitiam tormentorum scriptis oppugnarunt, et adhuc oppugnant. Iam tum QVINTILIANVS *lib. 5 Instit. orator. cap. 4.* *In tormentis, ait, est locus frequentissimus, quum pars altera quaestionem vera fatendi necessitatem uocet, altera saepe etiam causam falsa dicendi: quod aliis patientia facile mendacium faciat, aliis infirmitas necessarium. Quid attinet de his plura? Plenae sunt orationes ueterum ac nouorum.* Ex priscis ecclesiae patribus AVGVSTINVS *de Ciuitate Dei lib. 19 cap. 6* damnat aperte tormenta, tanquam iniusta, sed tamen iudici, ita cogente humana societate et iudicandi necessitate, eadem adhibere permittit. Nullus uero maiore industria rationes, quibus tortura oppugnari potest, collegit in unum, quam Io. GREVIUS, sacerdos Arminianus, qui anno circiter 1621 in carcere Amstelodamensi scripsit et Hamburgi anno 1624 edidit *Tribunal reformatum, in quo sanioris et tutioris iustitiae uia iudici christiano in processu criminali monstratur, reiecta et fugata TORTVRA, cuius iniquitatem, multiplicem fallaciam, atque illicitum inter christianos usum libera et necessaria dissertatione aperuit; libellum tanto plausu exceptum, ut iam anno 1635 quinta editio prodierit. Legi ego hunc auctorem, et plerosque, qui cum eo sentiunt, sed tamen a mea sententia, quod tortura reipublicae utilis ac aliquando necessaria sit, non dimoueor. Dicit quidem uerissime VLPRIANVS in L. 1 §. 23 de Quaestionibus, plerosque patientia siue duri-*

duritia ita tormenta contemnere, ut exprimi eis ueritas nullo modo possit. Qualem obstinationem mirifice describit SILIUS ITALICVS *lib. 1 uers. 170 sqq.*

*Non ignes, candensque chalybs, non uerbera passim
 Igibus innumeris lacerum scindentia corpus,
 Carnificesue manus, penitusue infusa medullis
 Pestis, et in medio lucentes uulnere flammae
 Cessauere: ferum uisu, dictuque: per artem
 Saecutiae, extenti quantum tormenta iuebant
 Creuerunt artus, atque omni sanguine rupto
 Ossa liquefactis fumarunt feruida membris.
 Mens intacta manet, superat, ridetque dolores:
 Spectanti similis, fessosque labore ministros
 Increpitat.*

Scriptit ad me ante aliquot dies illustris cuiusdam collegii, quod nomine principis ius dicit, praeses, uir et in omni iure et in literis elegantioribus et in rebus agendis uersatissimus, hunc in modum: Die bisherige Folter ist denen Inquisiten schon vorher bekannt, sie praepariren sich darauf, und verhärten ihre Stirn, bis das böse Stündlein vorüber ist; denn alles, was ein solcher Mann hat, das läßt er vor sein Leben, und ich vermeine öftters angemercket zu haben, daß ein Inquisit, der die real-Territion und etwan die Schnüre ausgestanden, gememiglich auch die vöilige Schärffe aushält. Den Inhalt des Urtheils, und was ohngefahr erkannt werden möchte, wissen experimentirte Inquisiten schon vorher, und ich weiß, daß einsten ein solcher

verleumbdeter Böfewicht, als er iussu Principis etwas extra-
 ordinaire angegriffen wurde, den Iudicem gleich fragte: Ste-
 het das auch in meinem Urtheil? Contra alii, ut idem VLPIA-
 NVS *d. l.* ait, tanta sunt impatientia, ut quaeuis mentiri,
 quam pati tormenta, uelint. Cuius rei nullum credo in hi-
 storiis funestius exemplum exstat, quam templariorum, qui,
 ut est in *Continuatione chronici Guilielmi de Nangis* apud
d' Achery in Spicilegio Tom. III pag. 60 et 63, horrendo-
 rum criminum infimulati *omnia lacrymabiliter sunt confessi;*
alii quidem, ut uidebatur, poenitentia ducti, alii autem di-
uersis tormentis quaestionati, seu comminatione uel eorum
aspectu perterriti, alii blandis tracti promissionibus et illecti,
alii arcta carceris inedia cruciati, uel coacti, multipliciter
que compulsi; quinquaginta nouem incendio fuerunt extin-
cti; qui tamen omnes, nullo excepto, nil omnino finaliter
de impostis sibi criminibus cognouerunt, sed constanter et
perseueranter in abnegatione communi persisterunt, dicentes
semper, sine causa morti se traditos et iniuste. Noui in-
 quam haec omnia, et, quaestionem rem fragilem esse, et
 periculosam, et quae ueritatem fallat, cum VLPIANO fateor,
 sed tamen, retineri debere tanquam remedium utile et ali-
 quando necessarium, contendo. Eadem nempe torturae
 ratio est, quae belli. Bellum semper res calamitosa, pe-
 riculosa et fallax, in qua saepe iusta causa succumbit et
 iniusta uincit, sed tamen nonnunquam inuitabilis est. Igi-
 tur bonus princeps, quantum potest, bellum euitat, sed ta-
 men, quum id e republica esse uidet, intrepidus uel illa-
 tum excipit, uel sponte infert, ac cum summa circumspe-
 ctione gerit. Similiter prudens iudex, si ueritas aliter ha-
 beri nequit, nunquam ad eculeum prouolat, at, quando
 omnia frustra tentauit, tandem tormenta adhibet, sed mo-
 derate,

derate, ac non aliter, quam si in animo suo fere conuictus est, reum, de quo quaestionem haberi oportet, innocentem non esse, condemnari tamen ex iustitiae et legum regulis nondum posse. Dicat GREVIUS, quidquid uelit. Ille sacerdos fuit nec in iudicio unquam sedit. At nos, qui iudicia exercemus, quotidie experimur, quam sit tortura reipublicae utilis, et aliquando necessaria. Cuius necessitatis exemplum in *Specimine de Officio iudicis circa tormenta medit. 18 et 19* commemorauimus, atque iudicem, si periculum in mora sit, quaestionem etiam sine consilio prudentum decernere posse, ostendi.

V

Iudex facere potest, ne quaestio res fallax et periculosa sit;

VI

Debet scilicet eam nunquam decernere, nisi in animo suo de rei maleficio plene conuictus;

VII

ad quod nec grauissimae suspiciones sufficiunt, si pro innocentia rei aequae uerisimilia argumenta adferuntur.

Adsensum in superioribus meditationibus VLPIANO, falsusque sum, quaestionem rem fragilem esse, et periculosam, et quae ueritatem fallat. Hoc, dum relego, scripsisse, me nunc uero poenitet. Video enim, aduersariis, quamdiu eis illud

lud VLPiani prouerbiu relinquimus, nunquam defuturum, quod nobis pro iustitia quaestionis pugnantibus opponant. Itaque serio de hoc receptaculo illis adimendo cogito. Prorsus tamen illud diruere non audeo, quippe rectae rationi, tanquam rupi firmissimae, incisum. Relinquamus ergo, sed e regione aliud faciamus castellum, quod usum Vlpianei fortalitii inutilem reddat. Verum quid ego meteora loquor ineptus, qui iureconsultus sum, quem nuda et simplex ueritas decet? Sic itaque tene: Est utique quaestio in se res fragilis, et periculosa, atque aliquando ueritatem fallit. Prudens tamen ac circumspectus iudex hanc fragilitatem, hoc periculum, hanc incertitudinem tollere, et perinde, ut sapiens medicus e ueneno medicinam facit, fallax remedium tutum et infallibile efficere potest et debet, saltem ad hunc effectum, ut innocens quaestioni subditus dici nequeat. Id autem facile consequetur, si quaestionem non aliter decernat, quam in animo suo plene conuictus sit, reum deliquisse, ac saltem certitudinem iuridicam adhuc deficere animaduertat. Tunc demum ad quaestionem deueniendum est, non prius. Hoc ADRIANVS praecipit apud ipsum VLPIANVM in *L. i §. i de Quaestionibus*, hoc CAROLVS V in articulo 28. Igitur magistratus, quamdiu ipse dubitat, sitne reus nocens an innocens, torturam nunquam decernat. Ex his, quae dixi, unusquisque animaduertit, torturam, nisi ex grauissimis suspicionibus et luculentissimis indiciis, locum inuenire non debere. Quia imo aliquando nec grauissimae suspiciones et luculentissima indicia sufficiunt, quando ex altera parte non minus uerisimilia argumenta stant, et mentem iudicantis in utramque partem distrahant. Accidit hoc nobis saepe, ut nec, quae reo obiciuntur, amoliri, sed nec ad ea, quae reus pro innocentia sua allegat, respondere queamus. Ut ecce nuper homo

homo

homo de furto suspectus, apud quem res furtiua cum clauibus adulterinis, conclauis, in quo furtum factum, referendo aptissimis, reperta erat, auctorem, a quo rem accepisset, exhibere non poterat, circa usum quoque clauium istarum mire uariarat, ac aperte mentitus fuerat, sed tamen uirum grauem, cuius fides in dubium uocari non poterat, producebat, qui reum illa ipsa, qua furtum commissum erat, nocte in suis aedibus, longe a ciuitate, in qua furtum passus habitabat, diffitis cubasse, iuratus testificabatur. In tali incertitudine magis in innocentiam rei propendendum, *L. 51 pr. pro Socio*, ac adeo ad tormenta progrediendum non est. Vide *articulum Carolinum 28*. Sic in crimine homicidii iudicarunt Icti Vitemburgenses mensē Septembri anni 1732: Wird Breitborth eines an Marien Dorotheen Preserin begangenen vorsehligen Mordes beschuldiget. Ob nun wohl diesfalls wieder ihn folgende Muthmassungen vorhanden seynd, daß er 1) aus den von Kauffmannen offenbährlich in Schertz gesprochenen Worten: Es wäre nicht viel an den Eysenachern; Ernst gemacht, und mit Hundsböttern um sich geworffen, also den Wort Streit und das Gezäncke angefangen, 2) sich an die, seinem eigenem Geständnisse nach, von Kauffmannen gethane Deprecation nicht gekehret, sondern das Gezäncke dennoch fortgesetzt, 3) nicht in Abrede seyn kan, Kauffmannen weiter einen Flegel gescholten zu haben, 4) nebst seinem Compagnon, dem Fustrabanten, Hasen, die Degen entblößet, und damit gegen einander pariret, 5) diesen Hasen, als er weggeben wollen, nach Kauffmanns Aussage da zu bleiben gebethen, weil er sonst keinen Secundanten hätte, 6) den Degen gegen ein schwaches Weibes-Bild und einen Handwercksmann, bey welchem er kein Gewehr gesehen zu haben gestehet, entblößet, 7) daß der nach Gutachten der

Aertzte tödtliche Stich mit solchem seinem Degen geschehen
 sey, einräumet, 8) die Größe der Wunde, daß der Degen
 mit Gewalt und Vorsatz gebrauchet und so gar in der Wunde
 umgedrehet worden, an den Tag zu legen scheinet, 9) eben
 dieses auch daraus, daß noch andere Stiche, Hiebe und Ver-
 wundungen, sowohl an der ermordeten Preserin, als auch
 Kauffmanns Gesichte, Händen, Leibe und Kleidern zu sehen
 gewesen, geschlossen werden kan, 10) Inquisit nach gesche-
 hener That, laut der von der Schenck-Magd eydlich bestärck-
 ten Aussage, gesprochen: es ist geschehen, mein Leben ist
 aus; endlich 11) eben derselbe nach Kauffmanns Deposition
 sich mit der Flucht zu retten gesucht. Bey solcher Bewand-
 muß gewinnet es das Ansehen, ob sey Inquisit des von ihm
 abgeleugneten vorsehlichen Mords halber genugsam zur pein-
 lichen Frage graviret. Alldieweil aber 1) Kauffmann mit
 Inquisiten keine Bekantschafft gehabt, gleichwohl sich über
 die Leute von Eysenach, von wannen Inquisit hergewesen,
 und nicht, wie er, Kauffmann, vorgiebet, generaliter über
 die Düringer, als worinnen ihm beyde eydliche Zeugen,
 Hase und die Schmiedin, widersprechen, moequiret, mit-
 hin Inquisiten, daß er damit gespottet werde, zu glauben,
 und die Schimpff-Worte als ein Soldat zu retorquiren, An-
 laß gegeben, hiernächst 2) der von Kauffmannen vor und
 nach der Deprecation von Kasten, Hundesvöthern, Beschrei-
 bung der Profession ic. fortgesetzte zweydeutige Discours In-
 quisiten in der Meynung, daß Kauffmann ihn aufziehen
 wolle, bestärcket, 3) das Ausziehen der Degen und Pariren
 noch vor der Zänckerey und aus Scherz geschehen, 4) das
 Vorgeben von Secundanten, ingleichen von der tentirten
 Flucht lediglich auf des sehr verdächtigen, und bey der Sache
 selbst interessirten Kauffmanns unbeschwornen Aussage, wel-
 cher

cher der eydtliche Zeuge, Hase, widerspricht, ankommt, demnach keinen sonderlichen Glauben verdienet, hingegen 5) eben dieser Hase, daß die Preserin, als eine Furie, auf Breitbarthen zugebrungen und ihn bey den Haaren ergriffen, folglich die Thätlichkeit angefangen, eydtlich bezeuget, und dadurch 6) des Inquitens bey der summarischen Verhör und auf die inquisitional- Articul gegebene beständige Antwort bestärcket, welchen 7) Kauffmann selbst nicht entgegen ist, sondern fol. 98. daß die Preserin zweymahl aufgestanden, vor Inquititen hingetretten, das erstemahl von selbigem mit der Hand auf den Stuhl zurück gestossen worden, das zweytemahl auf Art und Weise, die er selbst nicht wüßte, in einem Augenblicke mit ihm zusammen gekommen, angiebt, dieser gewaltsame Ueberfall auch 8) um so viel glaublicher ist, als die Preserin den größten Theil selbigen Tages in einem Weinhanse mit Sechen zugebracht, also vermuthlich, wo nicht ganz trunken, wenigstens vom Weine erhitzet gewesen, weiter 9) Kauffmann bey dem Hand-Gemenge hinzu getretten, und, wenn es gleich nur in der Absicht, die Kämpffende von einander zu bringen, geschehen wäre, Inquititen dennoch, daß beyde auf ihn los und ihn schlagen wollen, glauben gemacht, folglich 10) ihn, als einen Soldaten, dem dergleichen Tractament schimpfflich und unerträglich geschienen, bewogen, den Degen zu seiner Beschützung zu ziehen, hierbey aber 11) höchst ungewiß und zweiffelhafft ist, was er bey Zuckung des Degens eigentlich vor eine Intention gehabt, ob er Kauffmannen und die Preserin verwunden und tödten, oder bloß schrecken und abhalten wollen, gestalt denn diesfalls auf beyden Seiten fast gleiche wahrscheinliche Umstände und Argumenta vorhanden seynd, auch 12) das letzte daher wohl zu glauben ist, daß an einer unbewehrten Weibes-Person durch

Hauen und Stechen keine Ehre zu erlangen gewesen, diesem nach 13) gar wohl seyn kan, daß, wie Inquisit beständig vorgebet, er den Degen, ohne damit zu stechen oder zu hauen, bloß in Händen gehabt, und die Preserin solchen bey dem Eindringen sich selbst in den Leib gelauffen, welches 14) um so viel eher zu glauben, als weder Kauffmann noch Hase das Degenziehen, noch, daß Inquisit auf die Preserin gestossen, gesehen, anbey 15) die Stube über die Maßen enge und kurz, Inquisit aber an die Wand gedrenget gewesen, worzu 16) kommt, daß Inquisit zu der Schmiedin gleich nach der That gesprochen: ich kan mir nicht helfen, sie haben mich überfallen; Dawieder 17) die Größe der Wunde, und daß vermuthlich der Degen darinn umgekehret worden, nichts thut, indem dergleichen mit einem geschliffenen und sehr scharffen Degen gar leicht geschehen können, übrigens 18) die andere an der Preserin und Kauffmannen gefundene Verletzungen allem Ansehen nach bey dem Handgemenge, da Kauffmann Inquisiten den Degen nehmen wollen, zugesüget seyn können, und denn bey so bewandten Dingen, da, wo nicht stärkere, doch eben so starcke Vermuthungen vor Inquisiten, als wieder ihn, seynd, einen vielleicht unschuldigen Menschen mit der peinlichen Frage zu belegen, und dadurch, wenn er sie auch überstehet, zu verderben, und ihm einen unermährenden Vorwurf zu machen, um so viel bedenklicher ist, als die peinliche Frage anders nicht, es sey denn ein Inquisit weit über die Helffte grauret und fast ganz überführet, erkannt werden soll, zu dem, wenn auch Inquisit den *animus vulnerandi* oder *occidendi* eingestände, gleichwohl die ordentliche Straffe der Todtschläger allhier, da der Ueberfall auf Seiten der Erstorbenen unleugbar, mithin Inquisit sich nur bloß beschützet und das moderamen *inculpatæ tutelæ* starck überschrit.

schritten, abgehen möchte; So ist Inquisit, nach vorgehen-
der scharffen Verwarnung vor der schwehren Straffe des
Meineydes, in Gegenwart eines Geistlichen sich eydlich zu
reinigen, und, daß er den Degen in der Meynung, Kauff-
mannen oder die Preserin zu tödten, nicht gezogen, mit dem-
selben nach der Preserin nicht gestochen, auch nicht wisse,
auf was Art die Preserin den tödlichen Stich bekommen, zu
schwören schuldig. Er thue nun solches oder nicht, so erge-
het nichts destoweniger seiner Bestrafung halber auch sonst in
der Sache, was recht ist. B. N. W.

VIII

*Tormenta etiam ex grauiſſimis suspicionibus decerni
non debent, si crimen atrocius non est, et poena
eius ad fustigationem extendi nequit.*

IX

*Tunc quidem usus fori iusiurandum purgatorium
substituit.*

X

*Sed hoc remedium adhuc fallacius et deterius est
quaestione.*

XI

*Praesat ergo, loco eius territorionem, uel abitum e
ciuitate, substitui.*

Substituendum est aliud remedium eruendae ueritatis in
locum quaestionis, si haec ob paritatem argumentorum,
uel aliam causam, e. g. in crimine minus atroce, decerni
nequit.

nequit. Sed quod tandem? Vfus fori deterius longe, ac aequae et magis fallax, iusiurandum nempe purgatorium, substituit. Dico, deterius esse. Nam primum nouo et grauiori delicto, periurio scilicet, uia patitur, quemadmodum in *Specimine CXLII de Iureiurando purgatorio medit. 9* ostendi. Deinde exempla rarissima sunt, et rariora longe quam in tormentis, quod per hoc iusiurandum confessio fit extorta. Quare ego id nunquam sine horrore decerno, et ne decerno quidem, si quaecumque aliud remedium suppetit. Quum iuuenis adhuc in collegio Ictorum Vitembergensium supra numerum adfiderem, mensē Februarii anni 1710 muliercula de furto ex grauissimis suspicionibus accusabatur. Parum aberat, quin conuicta dici posset. Nemo certe in collegio erat, qui de ueritate criminis commissi dubitaret. Sed condemnare tamen ream non poteramus, quod iuridice, siue ex regulis artis nostrae, conuicta non esset. Vt itaque hoc, quod probationi deerat, suppleretur, tormentis opus esse uidebamus. Et consenserant in ea iam omnes, quum repente quis dubium ex aestimatione rei furtivae moueret. Haec nempe nondum plene in aprico erat. Placuit ergo interloqui, ut furtum passus uerum rei ablatae pretium iureiurando indicaret, ac, si hoc sex thaleros sedecim grossos excederet, quaestio de rea haberetur. Et erat haec sententia iuri scripto conformis. Nam si delator damnum suum infra hanc summam aestimaret, poena ad uirgarum ictum peruenire non poterat per *Constit. Elect. Sax. 32 P. 4* atque adeo crimen atrocius non aderat, sine quo tormenta decerni non debent, *L. 8 pr. de Quaestionibus*; ibi: *atrociora*. Paulo post redierunt acta ad collegium, apparebatque ex iis, rem ablatam quinque saltem thaleris constituisse. Tum, abiecta omni de tormentis cogi-

cogitatione, iusiurandum unanimiter decretum est. Dif-
fensi ego tamen tunc mecum tacitus, et dissentio adhuc ho-
die, quoties similis species ad collegium refertur, ac reli-
gioni mihi duco, in re exigua periurium manifeste per-
mittere. Sed nec tormenta propter supra memoratam
legem 8 pr. de Quaestionibus admitto. Mediam potius uiam
eo, ac cum LVDOVICI in der Einleitung zum peinli-
chen Prozesse cap. 9 §. 4 et 49 ut territio saltem, quam
appellamus, die Vorstellung des Scharfrichters, adhibeatur,
suadeo; uel, quod adhuc melius, atque a me iam supra in
Specimine CXLII de Iureiurando purgatorio medit. 9 sug-
gestum est, egressum e ciuitate impero.

XII

Quaestio etiam in pecuniariis causis haberi potest,

XIII

*non tunc solum, quum causa pecuniaria poenale
iudicium admixtum habet,*

XIV

*ut puta, si ex contractu depositi, mandati etc. ob
fidem ruptam et rem alicquam inter-
uersam agatur,*

XV

*uerum et tunc, quum causa mere pecuniaria
et priuata est,*

XVI

XVI

*Igitur damnatus iam ad supplicium fur uel fraudator ante exsequutionem, ut res furtiuas uel interuersas indicet et restituat, re-
ste torquetur.*

XVII

Sed usus fori hoc casu uix ultra iniurandum purgatorium progreditur.

Grauis est controuersia, utrum in priuatis ac pecuniariis causis, ubi de poena plane non agitur, quaestio decerni possit. Et *leges* quidem, imprimis *9 pr. de Quaestionibus*, eam admittunt. Admiserunt eandem et maiores nostri, ut ex allegatis a LAUTERBACHIO in *Compendio iuris tit. de Quaestionibus pag. 711* constat. Certe Scabini Lipsienses, Vitembergenses ac Ienenses apud CARPZOVIUM in *Quaest. crim. 86 n. 25* inuentores thesaurorum, qui, ut LEO in *sine Nouellae 51* loquitur, improbi, quidquid repererint, confiteri nolunt, sed dolo mendacisque ex re reperta nonnulla detinent, ad manifestanda occultata per tormenta adegerunt. Et tunc quidem, quum pecuniaria causa poenale iudicium admixtum habet, adhuc hodie res extra dubium est, et quaestio decerni solet. Fac ergo, mandatarium, depositarium etc. propter interuersas fidei suae commissas conueniri. Hic principaliter restitutio harum rerum intenditur. Sed quia tamen crimen furti intermixtum est, *L. 29 pr. D. et L. 3 C. Depositi, L. 67 pr. de Furtis*, atque adeo res publica tacite pro poena infligenda interuenit, articulo Carolino

folino 170, tormenta iustissime decernuntur. Atque sic ICTI
 Vitembergenses mense Iunio anni 1600CCXXXIX respon-
 derunt: Kommt Martin in Verdacht, einen ihm von dem
 Obrist-Lieutenant von Bochart anvertrauten Brief unter-
 schlagen und das darinne gelegene Geld, welches vermuthlich
 300. Rthlr. betragen, entwendet zu haben. Ob er nun wohl
 dieses beständig leugnet, und, daß der Brief leer gewesen,
 und ohne sein Verschulden weggekommen, vorgiebt, hiernächst
 das zu der peinlichen Frage nothwendige corpus delicti allhier
 zu mangeln scheint, da von denen in dem Briefe gelegenen
 300. Rthlr. keine Gewisheit vorhanden, sondern nur eine
 Vermuthung aus des Obrist-Lieutenants vier Wochen vor
 seinem Tode geschriebenen Briefe genommen wird, folglich
 es das Ansehen gewinnet, ob sey Inquisit von angestellter In-
 quisition entweder schlechterdings, oder allenfalls nach abge-
 legtem Reinigungs-Eyde, zu entbinden gewesen. Alldieweil
 aber dieses, daß der Obrist-Lieutenant von Bochart einen
 Brief an seine Frau auf seinem Kranken-Bette geschrieben,
 und Inquisiten, als seinem Knechte, anvertrauet, solcher
 Brief aber unterschlagen worden, außer Zweifel ist, und von
 dem Cornet, Kopper, also angegeben, auch von Inquisiten
 in dessen Gegenwart eingestanden worden, und denn die Ver-
 untrauung eines Briefes an sich ein Crimen falsi ist, L. 16
 §. 2 de Lege Cornelia de falsis, nächstdem zu einem corpore
 delicti keine ohnfehlbare Gewisheit, sondern nur in dem
 6 Articul der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung, so
 viel möglich, und nach Gestalt und Gelegenheit einer jeden
 Sache geschehen kan, erfordert wird, und freylich von dem,
 was vor fast zwey Jahren in der Türckey vorgegangen, all-
 hier in Deutschland keine genauere Erkundigung, als die be-
 reits vorhandene, eingezogen werden mag, ferner der Obrist-
 Lieut-

Lieutenant von Bochart an seine Frau, daß, wenn er es mit guter Gelegenheit herein schaffen könne, er ihr 300. Rthlr. übermachen wolle, geschrieben, gleichwohl nach seinem vier Wochen darauf erfolgtem Tode nicht volle 200. Rthlr. in seiner Verlassenschaft gefunden worden, mithin die stärkste Vermuthung vorhanden ist, daß er dieses Geld Inquisten zugleich nebst dem Briefe so inständig, wie Inquisit selbst angiebt, anbefohlen, ferner Inquisit diesen Brief nicht heraus geschicket, wozu er doch wöchentlich Gelegenheit gehabt, sondern über 1½ Jahr lang in Ungern mit sich herum geschleppt, endlich zwar heraus gebracht, jedoch ohne sein Verschulden verlohren haben will, dabey aber, auf was Art er nehmlich solchen Brief verlohren, drey-mahl variiret und einander widersprechende Umstände angiebt, insonderheit bald selbigen zugleich nebst seinen eigenen Sachen, bald allein, und ohne was von den seinigen zu vermissen, verlohren haben will, weiter bey seiner Heraus-kunft in Deutschland und Ankunft zu Halba sich bey der nahe bey Halba wohnenden Obrist-Lieutenantin von Bochart nicht gemeldet, noch ihr von dem Briefe Nachricht gegeben, sondern erst, nachdem dieselbe dessen durch den Cornet, Kopper, benachrichtiget worden, und ihn zu sich fodern lassen, zu ihr gekommen; So erscheinet aus diesen und andern Umständen so viel, daß Inquisit, Martin, vor unschuldig nicht zu achten, also, wenn er sein Geständniß richtiger zu thun, sich ferner verweigert, dem Scharffrichter dergestalt zu untergeben, daß er ihn ausziehe, zur Leiter führe, die zur Peinlichkeit gehörige Instrumenta vorzeige, die Daumen-Stöcke anlege, und damit zuschraube, es jedoch vor diesemahl dabey lasse, und mit Inquisten weiter nichts vornehme, wobey denn Inquisit mit allem Ernste zu befragen: Ob er den ihm von dem Obrist-Lieutenant von Bochart anvertraueten Brief nicht wissent-

wissenschaftlich unterschlagen? Ob sein Vorgeben, daß dieser Brief ohne sein Verschulden verlohren worden, nicht falsch und erdichtet sey? Wo solcher Brief hingekommen? Ob in diesem Briefe nicht Geld oder Geldes Werth, und was, auch wie viel, gelegen? Ob es nicht 300. Rthlr. gewesen? Ob er solches nicht entwendet? Ob er es noch habe, oder wo er es hingethan? Wenn nun seine Aussage, und wie er sich darbey geberdet, mit Fleiß zu denen Acten verzeichnet, und mit diesen hinwiederum verschicket wird, so ergeheth in der Sache ferner, was recht ist. At quid iuris, quum de poena plane non agitur, sed saltem privati, quod sua interest, flagitant, atque adeo causa mere pecuniaria est? Etiam tunc quaestionem decreuerunt PIVS et SEVERVS, Augusti, in L. 9. *pr. de Quaestionibus.* Fecerunt idem Icti Helmstädienses mense Ianuario anni 1628 in tali specie: Fur quidam et praedo manifestus ac uiolentus, plene confessus et conuictus, aliqua tamen furta et sacrilegia, quorum etiam cum maxima uerisimilitudine insinulabatur, constanter negabat. Intererat tamen eorum, qui furtum passi fuerant, ut reus, quomodo ista furta commissa fuissent, complicesque suos, ac ubi res ablatae occultarentur, indicaret. Igitur magistratus nos consultans, se quidem prauidere scribit, reum ad mortem damnatum iri, addit tamen literis suis haec: Es sey nicht allein dem hiesigen Gerichte, sondern auch in specie denen beyden Kirchen zu Gartau und Hiesdorf, als welcher beyder Kirchen Geld-Vorrath der Pastor Obßel in Verwahrung gehabt, und zum Theil unter dem gestohlenen Gelde mit seyn solle, vieles daran gelegen, daß man von dem Gartauischen Diebstahle vollkommliche Nachricht erhalte, sowohl wegen der Complicen, so etwa über kurz oder lang möchten zu ertappen seyn, als auch um zu wissen, wo

das gestohlene Geld geblieben sey, und ob von demselben nichts wieder herbey gebracht werden könne. Adsentimus magistratui, et furem ad mortem damnauimus, sed tamen ante exsequutionem tormentis subiecimus: Daß Inquisit Langhals nochmalen vor Gerichte zu fodern, und nach vorhergegangenen ernstlichen Zureden zu befragen: Ob er nicht die Diebstähle erstlich bey dem Pastor zu Holdorff, zweytens bey dem Pastor zu Gartau, drittens bey der Frau von Wülow und Fräulein von Jagow, viertens bey Johann Schulzen, fünftens bey dem Müller zu Bumen, verübet oder verüben helfen? Auf was Art solche Diebstähle verrichtet worden? Was vor Leute ihm beygestanden? Wo die gestohlene Sachen geblieben? Daferne er nun bey seinem Leugnen verharret sollte, wird er dem Scharfrichter übergeben, daß er ihn auskleide, zur Leiter führe, ihm die Daum- und Bein-Schrauben anlege, damit zuschraube, ferner die Schnüre gebrauche, endlich mit dem Aufziehen auf der Leiter den Anfang mache, und ihn dabey ernstlich die Wahrheit zu sagen vermahne. Es mag nun diese peinliche Frage etwas fruchten oder nicht, so ist Inquisit dennoch gnugsam überzeuget, ein gewaltsamer, verläumbdeter und gefährlicher Dieb zu seyn, und wird dannhero mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht. Verum ex ICTis recentioribus multi negant, hoc casu iudicem ultra territionem simplicem progredi posse, et peccare eum dicunt, si carnifici digito reum attingere permittat. Vide DOEPLERVM im Schauplaze der Reibes- und Lebens-Straffe *Part. I c. 2 §. 115 pag. 262 sq.*, ibique allegatos OLDEKOPIVM, BRVNNEMANNVM, STRYKIVM. Et uicit haec sententia mense Iulio anni c1o 1o CCXXXIX in Collegio ICTorum Vitembergenfium. Mulier nempe improbius fraudauerat, et uarios homines per falsa, stellationatus et

et miras artes aliquot millibus thalerorum emunxerat. De-
prehensa tandem fatebatur crimen, sed interrogata, ubi tan-
tam pecuniae vim absconderit, negabat, sibi quidquam praec-
ter pauculas res, supereffe, cetera omnia consumpta perdi-
tae dicebat. Consultum collegium iuridicum ream ad fu-
stium ictum et exilium perpetuum damnarat, maritum uero
eius ab omni suspicione liberarat. Tum rea, oblata defen-
sione, poenam mitiorem expetebat; hi vero, quos deceperat,
interueniebant, et se quidem de exasperanda poena non
laborare dicebant, sed tamen flagitabant, ut rea et maritus
eius per tormenta, quo argentum ab ipsis elicited uertif-
sent, interrogarentur. Et iusta petere uidebantur. Incre-
dibile enim erat, nihil eius argenti supereffe. Sed uicit
suffragiorum maior numerus, ac saltem iusiurandum purga-
torium decretum est: Dieweil bey Untersuchung eines Ver-
brechen hauptsächlich mit auf Ersetzung des den Priuatis da-
durch zugefügten Schadens gesehen werden muß, und denn
überall aus den Actis starke Vermuthung, daß die Inquisitin
sowohl als ihr Ehemann vieles von dem, warum die im vor-
gen Urthel benannte Personen betrogen worden, beyseite ge-
schaffet, sich damit bereichert, oder wenigstens, wo es hinge-
kommen, und wie es zu, wo nicht gänglicher, doch einiger Ver-
friedigung der Betrogenen wieder herbey geschaffet werden
konne, wissen, hervorscheinet; so werden beyde, jedes abson-
derlich, vor Gerichte gefodert, ein Geistlicher darzu gezogen,
ihnen der starke wieder sie vorhandene Verdacht, anbey daß
die Inquisitin, wenn sie aufrichtig heraus gehen, und dadurch
denen Betrogenen zu einiger Satisfaction verhelffen würde,
ihrer eingegebenen Defension einen grossen Nachdruck geben
konne, hingegen, wenn sie solches nicht thäte und künfftig
etwas von dem unterschlagenen und verschwiegenen zum Vor-
schein

schein käme, solches Meinends und Diebstahls halber här-
tiglich am Leibe und nach Befinden gar am Leben bestraffet wer-
den solle, vorgestellet, und sie sodann beyde dasjenige, was
sie von denen Geldern und Sachen, um welche die fol. 175
benannte Personen durch die Inquisition gebracht worden, bey-
seite geschaffet, in ihren Nutzen und Nahrung verwendet oder
sich damit bereichert, mittelst Eydes anzuzeigen, oder in fernern
Leugnungs-Fall sich eydlig zu reinigen, und, daß sie von denen
Geldern und Sachen, welche Christoph und Consorten durch
die mit der Inquisition gepflogene Handlung verlohren, nichts
beyseite geschaffet, ihr Vermögen nicht verbessert, nicht heim-
liche Capitalien gemacht, noch wissen, wo diese Sachen und
Gelder hingekommen, und wie sie zum Vortheil obgedachter
Personen wieder herbey geschaffet werden können, ingleichen,
daß Inquisition auffer den fol. 58 und 177 seqq. angegebenen
Sachen sonst nichts in Vermögen habe, zu schwören angehal-
ten, worauf der geführten Defension halber und sonst erge-
het, was recht ist.

XVIII

Confessio, sine legitimis iudiciis extorta, nulla est.

XIX

*Quod si tamen deinde, post inuestigationem facti et
explorationem circumstantiarum, uera depre-
henditur, attendenda est.*

XX

*Iudicium ex somnio desumptum non est legitimum,
sed friuolum.*

Doctrinae de quaestionibus praecipuum caput de iudiciis
esse debet. Nam secundum CAROLVM V in art. 20
con-

confessio, sine legitimis iudiciis extorta, nullam fidem habet, quod et *legi* §. 17 de *Quaestionibus* quodammodo conuenit. Quas tamen ambas leges ex recta ratione explicari oportet. Scilicet ipsa quidem confessio haec per se irrita et nullius momenti est, si tamen iudex ueritatem facti eo, qui in *articulo Carolino* 57 praecipitur, modo porro inuestigari, ac, ita ut de ea dubitari nequeat, deprehenderit, reum, si non ut confessum, saltem ut conuictum, damnari oportebit, quamuis quaestio illa et confessio illegitima occasionem, ut conuinceretur, dederit. Firmat hanc sententiam meam uox: **Darans;** quae in *articulo* 20 posita latine sic uertenda est: *ex hac sola confessione.* Ergo aliae probationes non excluduntur. Accedit argumentum ex *decisione Saxonica ultima*, quae confessionem promissione impunitatis elicita in iudicando attendi uetat, si tamen sponte repetatur, reum confessum puniri iubet. Exemplum nobis *CICERO lib. I de Diuinatione cap. 25 n. 54* dabit: *Sophocles*, inquit, *quum ex aede Herculis patera aurea grauis surrepta esset, in somnis uidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Quod semel ille iterumque neglexit, ubi idem saepius, ascendit in Ariopagum: detulit rem. Ariopagitae comprehendi iubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quaestione habita, confessus est, pateramque retulit. Quo facto, fanum illud Indicis Herculis nominatum est. Nemo, credo, tam ridiculus erit, ut pateram, aut, ut TERTULLIANVS de Anima cap. 46 narrat, coronam, auream a reo, tormentis subacto, relata recipi debuisse neget. Atque tamen sacrilegus tormentis iniuste adhibitis, ut confiteretur et referret, adactus erat. Somnia enim Sophoclis indicium legitimum non erant. Nam, ut eleganter PETRONIVS ARBITER pag. 178 sq. canit:*

*Somnia, quae mentes ludunt uolitantibus umbris,
Non delubra Deum, nec ab aethere numina mittunt;*

Sed

*Sed sibi quisque facit. Nam cum prostrata sopore
 Urget membra quies, et mens sine pondere ludit;
 Quidquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
 Qui quatit, et flammis miserandas saeuit in arbes;
 Tela uider, uersasque acies, et funera Regum,
 Atque exundantes persuso sanguine campos.
 Qui causas orare solent; legesque forumque,
 Et pauido cernunt inclusum corde tribunal.
 Condit auarus opes, defossunque inuenit aurum.
 Venator saltus canibus quatit. Eripit undis,
 Aut premit euersam periturus nauita puppim.
 Scribit amatori meretrix. Dat adultera munus.
 Et canis in somnis leporis uestigia latrat.
 In noctis spatio miserorum uulnera durant.*



COROLLARIUM.

Iudex reum, cuius uitam saluam fore promisit,
 torquere tamen potest. Vide *Specimen de Saluo
 conductu medit.* 21.




W 078

ULB Halle
006 666 019

3







7738

1740 13

15

DE
AEQVITATE
TORMENTORVM

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET
PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS
AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI
DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS
ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS
IVRIDICI ORDINARIO

PATRONO AC STVDIORVM SVORVM PROMOTORE
OMNI VENERATIONIS CVLTV PROSEQVENDO

IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM MAII ANNO dⁿⁱ 1740 CCXL

DISPVTABIT

CAROL. GOTTL0B STEMPELL
IVR. CAND.



VITEMBERGAE
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

